



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IV. Quod religiosus, ne castigetur appellans, non audietur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

davo
CHRISTI
1173.
ANNO
CHRISTI
1173.

mus, quod vbi notorium est crimen vel adulterium, si appellationi deferretur, deferri non debet. Nolumus enim incestus vel adulterii matrimonia aliquibus ministrare.

C A P. IV. *Idem abbatii sancti Petri de * Diua.*

Ad nostram audientiam noueris peruenisse, quod si quando subditos tuos vis pro suis excessibus, secundum regulam sancti Benedicti & institutionem tui ordinis, corrigeret & castigare: ipsi, vt liberius malitiam suam exercere valeant, ad remedium appellationis confugiunt. Quia vero appellationis remedium non ideo fuit inuentum, vt alicui a religionis & ordinis obseruantia exorbitanti debeat in sua malitia patrocinium exhibere, discretioni tuae taliter, &c. quatenus si quando quilibet subditorum tuorum, ne ipsum pro suis excessibus corrigas & castiges, ad remedium appellationis conuolauerit, non ideo minus eum iuxta tenorem mandati, quod in scripta regula continetur, & institutionem ordinis tui corrigas.

C A P. V. *Idem Norwicensi episcopo.*

Personas ecclesiarum in tua dioecesi consistentium, ita tuis & dominorum fundi authenticis scriptis præmunias, vt cum aliquem istorum decidere forte contigerit, de dentis filius, vel vicarius, seu alius quilibet, personatum ecclesiæ vacantis viro idoneo conferendi tibi viam præcludere aliqua calliditate non possit. Quod si aliquis talium frustratoria dilationis causa ad audientiam nostram appellauerit, & appellationi suæ prolixum terminum præfixerit: tu ei terminum, infra quem possit sedem apostolicam conuenienter adire, assignes: & si ad illam venire contempserit, tu illum extunc iudicio tuo super his quæ in quaestione vertuntur, sine contradictione aliqua stare, omni excusatione & appellatione cessante, districte compellas. Si autem quisquam appellationi suæ congruentem terminum præfigat, nec tamen causam ad diem appellationis fuerit prosecutus, ipsum nihilo minus extunc sen-

Morbo cō- tentiæ tuæ, sicut de alia diximus, appellatione remota, pa- simili labo, rantes cum rere constringas. Verum si coram te vel alio quolibet hu- reo, non admitti in iusmodi negotia ventilentur, nolumus vt morbo consimili laborantes, si certum sit, aut legitime possint conuin- ci su-